

ut quam revera sim, plus videar esse; sed ut cuique ostendam, quam secura quamque Hippocraticae affinis haec sit, quamque facilem curationem adferat iis, qui morbo tam acuto quam diuturno laborant; nisi morbus incurabilis sit, aut curatu difficilis et nimis longus, qui non suapte naturales sunt, sed fiunt tales, vel e causa aegrotantis, vel aliquando e medici negligentia, ut clare de his in sequentibus differam.

§. 2. Ego enim una cum Hippocrate et aliis medicis tam recentioribus quam vetustioribus solam naturam morborum medicatricem cognosco; solamque eam novi, corpus sanum atque actionibus praeditum, et ad tempus incorruptum conservantem (a). Eam igitur artis medicae principium et quidem primarium agnosco. Quam multifariam definierunt ii medici, qui illam talem esse noverant,

nomi-

---

(a) D. Joan. Junckerus, praeceptor olim meus in Practicis benevolentissimus ille senex perientissimus cuius memoriam usque nunc veneror, in conspect. medicinae theoreticopracticae tab. LV. pag. 457. n. 1. H. D. Gaubius in institut. patholog. §. 18—22.